

fuo, l. Paulus 42. l. iudex 55. ff. hoc tit. nec aliquod superfit remedium, interpretatio facienda est juxta hunc textum; & supra tradita: si vero iudices adhuc sententiam non dixerunt, sed in ea proferenda dissentiant, tunc potest adungi tertius, ut ita quod majori parti placuerit, prevaleat; quo casu procedunt textus in dicit. l. in ostentis, dicit. l. iudex, Nec tandem obstat textus in dicit. l. duobus; procedit enim, ut supra dixi, non in uno iudicio, in quo duo iudices diversas sententias protulerunt, sed in diversis iudiciis; pone enim, quod Titius, & Mævius petierant hominem Stichum in servitium pro dimidia parte, cum partes in Stichum haberent indivisas intellectu magis, quam corpore, l. 5. ff. de stipul. sero. & contenderent se ex parte dominos esse; id autem disceptabatur apud diversos iudices, puta apud centumvitos, qui de liberalibus causis agnoscebant, ut majores iudices, l. non distinguimus 33. §. de liberali, Dig. de recept. qui arb. recep. interdum eveniebat in iudiciis centumvitalibus, quorum diversa erant tribunaalia, ut diversa essent sententiarum iudicium, veluti ut tribunatum pro parte inofficium iudicaretur, pro parte confirmaretur, l. si partes 10. de inoff. te-

stam, l. cum filius 76. Dig. de leg. 2. l. iudicant 29. Digest. de excep. rei iudic. & ita in liberali causa contingere potuit, ut Titius vinceret; & partem servi ad quem pertinere pronuntiaretur. Pinge igitur contrivisse, ut Titius vicerit Stichum, & contra Mævius victus fuerit. Julianus refert sententiam Sabini, & Cassii (ex quorum schola fuit) ut Titius, qui vicerit, servum ducat, & ita servus maneat, nec fiat liber; quia cum victus fuerit Mævius, in iudicio liberali pronuntiatus non fuit Stichus liber, sed pronuntiatus fuit partem Stichum ad Mævium non pertinere; puta quia Mævius dominium partis suae non probaverit: at fieri potest, ut pars Stichum ad Titium non pertinet, & Stichus tamen non fit liber. Ideo tunc manere debet servus secundum Sabianum, quia pro parte liber esse non potest, l. alieno 31. Digest. de iudic. commiss. lib. dicit. leg. iudicata 29. Digest. de excep. rei iudic. Subiicit tamen Julianus servum debere esse liberum, ut in libertas potius trahat ad se servitium, quam servitium trahat ad se libertatem. Verba autem ultima ipsius textus esse Tribonianum, iam supra ex Merullo notavi.

# TITULUS XXVIII

## De appellationibus, & recusationibus.

### CAPUT PRIMUM.

Alexander III. a Exon. Episcopo, & Decano Lunden.

**D**ilecti filii nostri Prior, & Canonici de b Gifburna gravem admodum, & difficilem nobis querimoniam transmiserunt, quod venerabilis frater noster R. Eborac. Archiepiscopus, & A. S. L. eundem Priorem post appellationem ad nos factam suspendit, & Ecclesias suas interdixit, & Canonicos, si eidem tanquam Priori obedirent, excommunicatos denunciavit. Et infra: Super quibus omnibus rei veritatem pro idoneis e personis, & famam loci sollicite inquiras; & si ita inventeris, Ecclesiarum & concessiones taliter factas, nisi Prior, & Canonici malitiose distulerint eas, quantum ad se pertinet, ordinare, nullius ap. ob. revocatis auctoritate nostra in irritum, & Priori, & Canonici Ecclesias ipsas restitui facias; & tam vicarios, quam juratos eorum Canonicorum iuramentum pristinum servare cogas, nisi fuerit a Priori inique extortum. Et infra: e Provivimus attentius, ne ita subtiliter, sicut a multis fieri solet, cuspidum aequo intendatur, inquiras: sed simpliciter & iure factum ipsum, & rei veritatem, secundum formam canonum, & sanctorum Patrum investigetis.

#### NOTÆ.

**A** Exonensis.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. & in c. dilecti 6. de iudic. ubi exat posterior pars huius decisionis, & in eius notis etiam observavimus. b Gifburna.) Legendum est Gifburna, quae Ecclesia est Canoniarum Regularium Ordinis S. Augustini in occidentis Anglia finibus, D. Bernard. in vita S. Malachiae, §. percontatus, in fine ibi. In ipso introitu Angliae divertit ad Ecclesiam Gifburnensem, sem, ubi habitant viri religiosi canonicam degentes vitam, ab antiquo familiaris ei pro sua religiose, & honestate. c Personae, & famam.) Sed ad quid fama desideratur ultra testes, cum in ore duorum, vel trium omne terra verbum divino prodium sit eloquio, Deuteronom. c. 17. Joannis 8. 8. Lucae 9. 17. & Matthaei c. 18. Paul. 2. ad Corinth. c. 13. textus in principio, 2. q. 7. c. novus 13. in prin. vers. si percontari, de iudic. in omni 4. c. de test. c. cum esset 10. de testam. Quam difficultatem agnovit Glossa in presenti, verbo per idoneos, & ait. Famam uni testi adjuvandum plene probare; pluralitatem autem in presenti resolvi in singularitatem, quasi Alexander ultra loci, per idoneum, nempe per unum testem, ultra famam loci. Sed hac interpretatio merito relictur a Panormitano hic, n. 8. cum aperte repugnet litterae ipsius textus. Nec magis placet sententia Hostiensis recepta ab eodem Abbate n. 8. qui praesentem refert ad consuetudinem Angliae, quia introductam fuerat, ut duodecim testibus cum fama fides adhiberetur. Nam communiter improbat, ut testatur Decius n. 34. Beronius n. 37. in presenti. Nec etiam sustineri potest sententia Card. Zabarella, qui supponit in presenti testes pati defectum, quem fama supplet poterat: nam hoc saluo aperte convincitur ex illis verbis, per idoneas personas, in quibus supponitur, testes idoneos fuisse, nec defectum aliquem pati. Minus iustitiae potest interpretatio Beronij in presenti, n. 37. qui docet comparandam illam, & resolvi in disjunctivam, ut plerumque de iure contingit, l. consuetudinem 29. l. sate 53. ff. de P. S. c. 2. de consuet. c. mandata 13. de procur. Nam si hac sententia admitteretur, sequeretur famam ex se plenam inducere probationem contra ea quae adduximus in c. per unum, de probat. Unde merito Decius, qui hanc solutionem docuerat in presenti, n. 34. statim numero sequenti ab ea recessit. Quare hic, & alius sententia omitti dicendum est cum D. Iosepho Vela tam. 2. differt. 38. n. 46. Ipecales ius in relatis verbis contineri, propter peculiarem procedendi modum; nam cum in presenti causa coram Alexandro III. Canonici conquirentur de quibusdam excessibus Archiepiscopi Eboracensis, qui notorii erant; & Alexand. III. inquisitionem huiusmodi excessuum Episcopo Exonensi, & Decano Lundeniensi committeret, ibi, sollicito inquiras; merito fama desideratur ultra testes, quia dum per inquisitionem proceditur, fama desideratur, quae sustinet vicem accusatoris, c. inquisitionis 21. c. qua-

litter 24. ibi: Non tanquam idem sit accusator, & iudex; sed quasi denunciante fama, vel deferente clamore; officii sui debium exequatur, de accusationibus, c. dilecti 31. de summo. Unde in presenti specie idonei testes, & fama desiderantur; testes ad probationem, fama ut per viam inquisitionis procedi possit, quia Canonici tantum conquirebantur coram Romano Pontifice, non vero coram iudicibus ab eo delegatis. d Ecclesiarum concessiones.) Sed utrum in presenti specie appellatio fuisse judicialis, vel extrajudicialis, non liquet apud Doctores hie, Beronius n. 11. existimat a collatione beneficiorum facta per Archiepiscopum, fuisse provocatum. Sed hac sententia aperte repugnat litterae textus, cum expresse ea deprehendatur, post appellationem interpositam Archiepiscopo beneficium concessisse. Nec felicius Vvameus hic, n. 2. dum docet Archiepiscopum, vel legationis munere fungentem, vel ordinario iure Priorem, & Canonicos visitare, & cum a Priore, & Canonici appellatio interposita esset, forsam quia aliquid durius suscipit, ipsum Priorem ab officio suspendit, Canonicos excommunicavit; & beneficia ipsorum concessit. Nam licet ex hoc textu, prior iacet in Concilio Later. p. 10. c. 1. consistit Richardum Legatum Sedis Apost. in illis partibus Angliae fuisse, tamen Priorem, & Canonicos Gifburnae, visitasse, & a sententia pro ipsam prolata appellatum fuisse non constat; nec eo casu appellatio admitti poterat, juxta textum in c. 3. hoc tit. Unde attentatorem remediis Ecclesiarum concessiones per Archiepiscopum factae revocari non poterat. His ergo, & aliis sententis omnibus, quae congerit hic Abbas n. 4. Decius n. 10. dicendum est in presenti specie Priorem, & Canonicos appellatorem interpositis coram R. Archiepiscopo, ne beneficium, quorum collatio ad ipsos spectabat, conferret. Archiepiscopus enim cum Legati officio fungens agnovisset beneficium, quorum collatio ad dictos Priorem, & Canonicos spectabat, tanto tempore vacasse, ut juxta Concil. Later. relatum in c. 2. de consuet. p. 2. c. 2. de sup. n. 10. ad hunc tanquam Archiepiscopum, vel ad Rom. Pontificem, & per consequens ad illum tanquam eius delegatum collatio devoluta esset, juxta adducta in c. nisi, de off. leg. ea conferre intendebat. Prior vero, & Canonici proponentes beneficium non usque adeo vacasse, ut collatio ad superiorem esset devoluta, vicarioque interim in eis esse constituto, ut sacramenta administrarent, nec eos amoveret Archiepiscopus, beneficium conferret, ad Romanum Pontificem appellatum; & cum Archiepiscopo, neglecta huiusmodi appellatone, beneficium conferret, Priorem suspenderet, & Canonicos excommunicaret, conquisit fuerunt huiusmodi excessum Prior, & Canonici coram Alexandro III. qui iussit Episcopo Exonensi, & Decano Lundeniensi, ut super his inquirerent veritatem, & Ecclesiarum concessiones per Archiepiscopum factas revocarent, nisi Prior, & Canonici malitio-

hiose distulissent, quantum ad se pertinebat, ordinare, id est praedicta beneficia conferre, tanto tempore, ut eorum collatio ad superiorem esset devoluta, unde manifeste apparet, appellatorem, de qua in presenti, fuisse extrajudicalem, & ab extrajudiciali actu, videlicet collationem beneficiorum, interpositam, & per consequens recte ex hoc textu probaris non solum attentatorem post appellationem iudicalem, verum etiam post extrajudicalem revocanda esse. e Provivimus.) Verba quae sequuntur; extant in d. cap. dilecti, de appellat. ubi ea expoluit.

#### COMMENTARIUM.

**E**X hac Decretali sequens communiter deducitur assertio: Omne quod post appellationem legitime interpositam actum est, nulla habita appellatorem ratione, attentatorum revoletur. Probant eam textus in c. cum nobis 13. de reud. c. cum coningat 36. de off. deleg. c. 1. de dilat. c. venientes, de iur. em. super eo 10. c. ad presentium 16. c. cum tenentur 17. c. quae fronte 25. c. perveitit 18. c. de prioro 31. c. ad audientiam 34. c. accepta 35. c. ad hoc 37. c. Ecclesia 38. c. non sicut 42. c. consuetudo 46. c. bone 41. c. pastoralis 53. §. verum, c. cum cessante 60. hoc tit. c. non solum 6. eod. tit. in 6. l. unice. ff. nihil innov. appel. pend. l. 3. l. minime, c. de appel. l. 1. ut lite pend. l. secundam, & ff. de appel. recip. l. 1. c. de boner. possess. secum. ubi Paulus lib. 4. sent. tit. 36. Novel. 134. c. 3. Illustrat ultra concessos a Balboa, Barbola, Garanna, & Fermoio in presenti, idem Barbola in c. fin. hoc tit. Ant. Gomez in l. 70. Tauri, n. 11. Gamma de sacramentis praestandis, q. 6. Cajac. de prescript. §. terminis, c. 4. §. 7. Haber in suo C. lib. 7. tit. 29. diffinit. 7. Emmanuel Barbola ad ordin. Luffi, lib. 3. tit. 73. P. Gregorius lib. 50. synag. c. 2. n. 45. §. 46. Valascus consulti. 170. Cabedo in l. decis. 120. Amaya lib. 2. obs. c. 15. Joan. Clezelius de appel. c. 6. ex n. 179. Matthaeus, Joan. Crotus Vvameus, & Cajacius in presenti, Fragolo de regim. Christ. Resp. tom. 2. lib. 8. disp. 24. Vela 2. tom. differt. 38. n. 46. Hunnius in encyclop. p. 2. tit. 33. Didacus Perez in tit. 5. lib. 3. ordin. Vult. de iud. lib. 4. c. 2. Christinus in l. decis. 39. Castillo de alimentis, c. 8. in prin. Borrel. tom. 2. decis. 17. 36. de attent.

Sed pro dubitanti ratione adversus praesentem assertionem ita inferri potest: nam si attentata post appellationem essent ipso iure nulla, & non egerent revocatione, cum ea quae ipso iure nulla sunt, irritari nequeant, e. ad dissolvendum, de ad. p. impub. l. non est, sub conditione, ff. de iust. iur. rapt. sed innovata post appellationem revocantur, c. dilecti 10. in fine, de excep. c. sollicitudinem, vers. Nam, hoc tit. c. non solum, eod. tit. in 6. l. cum ex causa 11. ff. de appel. Igitur quia attentata post appellationem valida sunt ipso iure. Auguetur hac difficultas primo ex eo, nam relatio equiparatur appellatorem, ut infra dicemus: sed attentata relatione pendente, ut refundatur, necessaria est appellatio, c. significatus 69. hoc tit. ubi late probat Provivimus. Ergo quia valida sunt ipso iure. Auguetur secundo hac difficultas ex l. cum ex causa 11. ff. de appel. ubi definitive condemnatus ad solvendum, appellavit; & cum appellatorem pendente iudex a quo solvere pecuniam iussisset, non aliter eam recuperat, quam si per iudicem ad quem revocata fit prior sententia. Igitur quia attentata post appellationem, ipso iure, & ante omnia non revocatur.

Qua difficultate non obstante vera est praesens decisio, cuius rationem ut assignemus, sciendum est, appellatorem congenerat duos effectus producere, alium suspensivum, quo lentitudo ipsa, & ejus effectus, inferiorique iudicio suspenduntur; cuius effectus meminit Pontifex in c. pastoralis, §. verum, hoc tit. c. si a iudice, eod. tit. lib. 6. alterum devolutivum, per quem causa, super qua appellatur, & ejus cognitio cum omnibus accessoriis ad superiorem devolvitur, c. dilecti 55. vers. Praeterea, hoc tit. c. Romana, §. si vero, eod. tit. in 6. Cum ergo interposita appellatone ad iudicem superiorem causa sit devoluta, & iudicium inferioris suspensa, recte fit, quod iudex inferior appellatorem interposita in causa, a qua provocatum est, amplius in ea procedere non possit, & magna cum ratione; nam cum appellatio non solum suspendat inferioris iudicium, verum & appellatorem in eadem causa, in qua appellatum est, ab inferioris iudicium estimat, c. propositi 24. hoc tit. c. Romana 3. eod. lib. 6. & inferiori designat eide iudex ejus causae, c. ad hoc 37. c. ut nostrum 56. hoc tit. & consequenter manus ejus ligentur, & facultas ulterius procedendi ab eo auferatur; opium cum ratione constitutum est, ut iudex a quo appellatorem pendente nihil innovare possit, & si quid eo tempore attentaverit, velut a non iudice factum rescindatur: nec tantum revocatur ea, quae fuerunt attentata post appellationem interpositam; sed ea, quae attentata fuerunt post sententiam, intra tempus assignatum ad appellandum, de quo tempus in c. 15. de re iudic. Cuius principij ratio est, quia cum in presenti illud sit ad appellandum concessum, nihil eo pendente innovari debet, ne beneficium a iure indultum damnosum fiat illis, aut omnino superfluum, contra regulam Indultum, de R. 7. lib. 6.

Ex qua ampliatioe legem accipiunt nonnulla iuris testimonia. Primo textum in l. c. p. ff. de transact. in illis verbis: Et post rem iudicatum transactio valet, si vel appellatio intercesserit, vel appellare poteris. Et quidem interposita appellatone transactio fieri non potest, extra dubium est, & ratioe textus in l. 1. §. ult. ff. ad Turpil. l. 5. §. 1. ff. de legatorum: sed ante appellatorem transactio fieri non potest, illa ratio suadebat, quod iam per iudicem sententiam liberta, & decisa est: de re autem certa transigi non potest, l. Praeser, c. de transact. l. si inter partem, c. de solut. Unde Paulus lib. 1. sent. tit. 1. §. ult. ad-

firmat de rebus litigiosis convenire, & transigere non potest; post rem vero iudicatum pactum (nisi donationis causa responderetur) servari non oportere: quod & expresse affirmatur in l. si causa, c. de transact. & Ulpian. in l. eleganter 23. §. si post rem, ff. de condit. indub. docet solventem ex hac causa repetere posse. Sed ex supra traditis facile agnoscitur ratio Ulpiani in d. l. 7. quia cum a pari procedat, pendere appellatorem, vel tempus ad appellandum concessum, quema. modum pendente appellatone lis dubia censetur, quia per iudicem ad quem retractari potest sententia, ita & dum pendet tempus quo appellari potest, res dubia iudicari debet; ut innotuit Consultius in d. l. c. eleganter, vers. Et post rem. Secundo in d. exponitur textus in l. c. si reus, vel accusator mortuus fuerit, ubi affirmat Imperator, quod si quis cum capitali sententia, vel de portatione damnatus esset, appellatorem interposita decederit, crimen finiri: & addit in vers. Idem, idem observari, est accusator pendente appellatorem tempore ultimam diem obiisset: & quidem si pendente appellatorem decederit, crimen finiri notum est ex l. pendente appellatorem 20. ff. de public. iudic. cum aliis congelis a Pichardo in §. 1. Instit. de perpetuis & tempor. Sed quando pendet appellatorem tempus, difficile videtur; siquidem tunc verum est, condemnationem fuisse secutam, atque ita poenam contra haeredes tradente, l. iudiciorum, l. defunctio, ff. de public. iudic. Etiam est difficile quod Imperator ibi docet, idem procedi in actore ac in reo, contra textum in l. libellorum 3. §. ult. ff. de accusat. Sed adhuc vera decidendi ratio ad Imperatorem in d. l. ult. assignari debet ex supra traditis; cum enim a pari procedat, appellatorem esse interpositam, & esse iacta tempus, in quo appellari possit; quod Imperator in prima parte advertebat in reo, qui appellatorem interposita fati diem impleverat, idem postea docet, si reus, vel accusator pendente appellatorem tempore decederit, quia propter appellatorem, quae iacta illud tempus potest interponi, perinde ac si appellatum esset, iudicatur ad effectum, ne contra ipsius haeredes poena confiscationis transeat: quod autem de accusatore decedente Imperator affirmat, intelligi debet non simpliciter, ut mortuo accusatore intra tempus ad appellandum datum iudicium accusatio, hoc est, ut eleganter exponit Paulus in Consultius in d. l. 7. §. ult. aboletur nomen rei postulatee eo, quod lege Julia de vi, & Senatusconsulto cautum esse ibidem affirmat; sed ut liceat alii ex integro repetere eam, quod non negat Imperator, & si magis Imperatorem accipere de crimine non publico, nec populari, in quo repetitio loci non est, non errabis.

Sed supra traditis obitare videtur textus in l. additio, in §. nullius verbis, c. de Episc. ind. ubi postquam Imperator constituit pro crimine damnatos, & supplicio addictos, nulli alienoriam, vel monachorum licere per vim eos repetere, aut tollere, in fine concludit: Quibus in causa criminali humanitas rationis consideranda est tempora. Illustratur, interponenda provocatorem copiam non necesse est. Unde colligitur, sententiam in causa criminali, etiam si tempore interponenda appellatorem suscipiatur, executioni mandandam esse: quod & expressis verbis probant Consulti in l. quod statum 22. in §. ult. ff. de iuris d. §. quae 244. ff. de S. l. non tantum 6. ff. de appellat. Quod etiam supponitur in l. additio, c. de appel. & affirmatur in §. 1. post presentium, ff. de his qui not. infam. ubi quibusvis reus post interpositam appellatorem infamia non nocet, tamen elapso tempore appellandi reus infamis creditur. Igitur a pari non procedunt, appellatum esse, vel esse ultra tempus ad appellandum. Cum difficultatis, omnibus solutioibus traditis per glossam in c. querentes 26. de off. deleg. Accursum in d. l. additio, Malcanam in d. l. si potest, n. 108. Bartolum in d. l. quod alium, Gam. in tract. de sacram. prest. q. 6. a. n. 2. dicendum est, dictosque illi §. ult. & consuetum, de quibus in d. l. quod statum, d. l. §. ult. non esse referendas ad tempus, in quo promulgata fuit sententia, sed ad illud, in quo confirmata est, & transivit in rem iudicatum, ut probatur ex l. §. de privatione, vers. sed esse, ff. de legat. 3. vel quia non est appellatum intra tempus, non vero dilatio legis concessa ad appellandam. Quae interpretatio facile suadet, si observemus, quod dictiones consuetum, statum, & similes juxta materiam subiectam accipiuntur, cum aliquo temporis intervallo, juxta naturam actus, de quo agitur, l. quod dicitur 105. ff. de iust. c. quia propter, de elec. notat Tiraquel. in l. si unquam, verbo revocatur, n. 110. c. 119. c. de revoe. donat. Accedit, quod proprie damnatus, de quo in d. l. ult. non dicitur damnatus intra tempus appellandi, l. 2. §. ult. ff. de panis. Nec etiam obstat dicta lex §. quae, & dicta lex non tantum; quia responderetur, verbum illud dicit, non debere intelligi de dictione, quae fit per satellites ad locum supplicij, ut vulgo existimatur; sed de dictione, hoc est additione, qua per sententiam reus morti damnatur; quo modo accipitur etiam textus in d. l. additio, c. de appellat. nec ab eadem ratione: nam in eodem sensu verbum datus, accipitur in l. Lucius 18. ff. de appell. l. sunt quidem, ff. de panis. Nec tunc obstat ultima verba dictae legis additio; nam non sunt referenda ad hanc causam, sed ad regulam in principio textus propositam.

Ex supra tradita etiam doctrina accipiuntur licet textus in l. qui a latronibus 13. §. ult. de testam. l. si quis pium 6. §. ubi quis ff. de iust. iur. rupto, quibus consonat lex 1. tit. 1. par. 6. ubi fit ad mortem damnatus appellaverit, & pendente appellatorem teampentum fecerit, & decederit, valet ejus testamentum, ea c. licet ratione, quia sententia condemnatoria, a qua appellavit, nihil

al detraxit, ut in l. furti 8. ff. de his qui not. infam. l. qui cum 12. §. accusatus, ff. de bonis libert. l. in pactione, §. cum quibus, ff. ad l. Salkid. nec admodum testamenti factorem, quam generaliter amittit damnatus ad mortem civilem, vel naturalis, quia per condemnationem servus poena efficitur, l. qui qui §. si qui §. ff. de testam. l. quando statum 12. in fine, l. sumus 17. de panti. & cum talis sit juris civilis expertus, l. quod actio 30. ff. de R. J. non valet eius testamentum, nisi pendente appellatione, vel intra tempus ad appellandum factum sit. Hodie tamen aucta lege 4. Tauri, quae est lex 3. tit. 4. lib. 5. reosq. damnatos ad mortem testamentum licere potest: quam ultra repetentes ibi explicat Montalvo ad l. 5. feri, Matienzo in d. l. 3. gloss. 7. m. 2. D. Nicol. Ant. de exil. lib. 2. c. 23. n. 15. Amaya plaribus relatis in l. 4. n. 3. C. de iure Testi. lib. 10.

Non autem levis controversia est apud interpretes, quo tempore revocatio attentatorum petenda sit? Et nonnulli existimant, in secunda instantia appellanti petere debere revocationem, antequam lis contestetur; nam post litem contestationem, nondum petita attentatorum revocatione, iudex appellationis de sola confirmatione, vel revocatione sententiae, a qua appellatum est, pronunciare debet. Unde si ante contestationem non petatur, post eam petitioni, & revocationi locus non erit: renunciat enim videtur juri suo appellans, ut probant textus in c. l. de resti. spol. ubi quavis spoliatus ante omnem litem contestationem relinquendus sit, tamen si ipse super petitorio, & principaliter litem contestetur, non poterit postea restitutionem petere per interdictum unde sit. Alii vero etiam post litem contestationem, quoquoque tempore usque ad causae conclusionem, id est usque ad confirmationem, vel revocationem sententiae, attentatorum revocationem peti, & fieri posse sententiari, videlicet Rota decis. 57. §. 15. in notis, quam sequuntur Covar. & Joan. Andreas in d. c. non solum 7. n. 2. Dominicus ibi n. 8. Salicetus in l. 3. C. de appell. Guido Papae decis. 436. Paz in practi. t. 2. c. unie. n. 16. quia secunda sententia tenenda est, utpote verissima: cautus tamen, & severius erit observare consilium Covar. supra, ut appellans, quando coram superiori iudice appellationis libellum offert gravaminem, & appellationis, Hispano scripto de appellatione, in eodem libello & sententiae, & attentatorum simul petat revocationem, ut resolunt Paz, & Covar. ubi supra: & si aliter fiat, id est si litem contestetur, & revocatio non petatur, id fiet sine praedictio revocationis attentatorum. Et respondetur ad textum in d. l. 1. disparere esse ejus casum, & ibi negari spoliatorum restitutionem post litem contestationem, sed damtaxat decidi, non esse spoliatorum restituendum ante omnia, id est ante litem contestationem, si ipse non petierit, utpote quia renunciat juri suo; nam quavis spoliatus ante omnia restituendus sit, c. dilectus 2. c. in de ordin. cognir. tamen id intelligi debet, si spoliatus petat; si vero non petat, litem contestatur, & inchoatur iudicium super petitorio, ut in c. de resti. spol. hoc enim restitutum interdictum petenti non datur, c. litteras 13. de resti. spol. ubi congerit Covar. alios casus, in quibus restitutum spoliato denegatur, & interdictum non petenti datur, c. ex par. 9. de convers. coning. & hoc propter salutem animae. Interdictum non datur nisi petenti, ut in d. l. 9. Ita attentata (nisi ecclesiastica petatur) a iudice non revocatur, quia renunciat videtur appellans juri suo, quod in sui favorem introducit, c. ad Apostolicum 16. de regul. c. si de terra 6. de privileg. Quod si ab interlocutoria appellatum fuerit, & iudex postea quid innovaverit, non statim revocari debet, sed prius de justificatione gravaminis illati agendum est: & si constat, ex rationabili causa appellatum fuisse, tunc revocationi locus est, non antea, c. non solum 7. §. illa vice, de appell. lib. 6. docent Covar. in practi. c. 24. n. 1. Lancel. de attentatis, l. p. limit. 1. per totum. Ratio est, quia ideo quoties a definitiva appellatur, attentata statim, & ante omnia revocatur, quia interposita appellatio iudicis a quo suspendit jurisdictionem, & ab ea eximit appellantes, c. ad auctoritatem 34. c. tua, de sent. excom. c. licet 14. de test. in 6. c. ad hoc 37. hoc tit. at vero appellatio ab interlocutoria non suspendit jurisdictionem statim ac appellatum est, unde revocare poterit iudex gravamen sententiae interlocutoria illatum, l. quod iustit 14. ff. de re iud. non vero sententia definitiva illatum; quia iudex post ejus pronuntiationem functus est officio suo, l. iudex postea, ff. de re iud. & tunc non retinet jurisdictionem, nisi quoad executionem sententiae: in interlocutoria vero durat adhuc officium, nec jurisdictione suspendit per appellationem, nisi cum constituerit iudici ad quem iustam, rationabilemque causam appellandi adfuisse, c. ut debitus 59. hoc tit. Poterit ergo iudex per talem appellationem ab interlocutoria interpositam in causa procedere, nec attentare dicitur; & ideo ante probationem causae coram superiore innovata non revocatur, d. c. non solum 7. Et licet ante decisionem textus in d. c. ut debitus, c. l. hoc tit. in 6. expressio causae ad hujus appellationis valorem non esset necessaria, c. consilium 18. hoc tit. semper tamen expressionem causae necessariam fuisse ad revocationem attentatorum, probatur ex c. Rodolphus, c. significante, de resti. & dicitur latius in c. cum cessante 60. hoc tit. Illud summe notandum est, a sententia, per quam revocatur attentata, appellationem non admitti, ut post Salgadum docet Zypaeus de iure can. tit. de appellationibus, respons. 2. §. 3. & consil. 3.

10 Attentata appellatio revogetur

11 In solvendo dubitandi ratio

tatem iplo iure indicit, 2. nobis 27. de sumis. docent congesta a Garzia de benef. §. p. c. 1. n. 5. licet etiam, quia attentata appellatione interposita, & gesta licet pendente appellatione iplo iure nulla sunt, c. l. eod. tit. in 6. ergo idem dicendum est de attentatis, Docuerunt Garzia, c. 24. n. 2. Lancellotus de attentatis, 2. par. c. 12. limit. 17. Nec obstant quae pro dubitanti ratione expendebamus, quia respondetur attentata revocari, quatenus de facto processerit, & ita potius factum in eis, quam jus attenditur. Nec novum est in iure, ut quod nullum est, & viribus caret, rescindi, ac revocari dicatur, quatenus de facto processerit, l. i. iuncta Glossa verbo infirmatur, ff. de scriis, l. quod vulgo, ff. de honor. poss. contra sub. iuncta expositione Duareni lib. 2. disp. c. 30. l. f. medietas, ff. de variis & extraneis, cognir. l. si duo, C. de restituend. vendit. l. est huius, C. de prob. minor. c. accedat, et l. i. iuncta Glossa verbo Castellonius, in lite non contest. & ita intelligendus est praesens textus, & alii exaudiendi sunt in c. dilecti 10. in fine, de excep. c. ad presentium 16. c. sollicitudinem 54. hoc tit. c. non solum 7. eod. tit. in 6. in quibus gesta appellatione pendente revocari dicuntur. Hec tamen sententia non est protrahenda ad appellationem extrajudicalem; gesta enim post illam remedio revocationis indigent, quia pendet ex justificatione appellationis, an sit revocandum quod ab inferiore factum est, c. constitutus 46. hoc tit. docet Vvamel. in c. bona, n. 4. hoc tit. Nec obstat argumentum, quod expendebamus ex d. c. significante, quia respondetur, quod ab actu nullo etiam appellatur; quare in praesenti adiecta clausula illa: Salvo ad deroganda la nullitas, ut declaratur tale, & tunc nullitas per viam appellationis interposita operatur effectum attentatorum, ut docet Lancel. 2. p. c. 12. ampliat. & plura exempla adducit Franco in c. dilecti 63. hoc tit. Nec obstat textus in d. l. cum ex causa 13. ff. de appell. qui recte satisfacti Glossa in c. non solum 7. verbo ante omnia, hoc tit. in 6. communitur recepta, ex Cuiano in d. l. cum ex causa, in 6. Baldo in d. l. unie. C. nihil innovari appellatione pendente; quam sequitur Petrus Gregorius lib. 7. synag. c. 4. n. 40. afferendo, quod in dicta lege cum ex causa, attentata revocata fuerat post sententiam, non vero ante omnia, quia eademque qui appellavit, non petiit revocationem; & ideo ex ea lege non deducitur, quod non debeat ante omnia attentata revocari, parte petente; nam si pars petierit revocationem attentatorum, statim attentata post appellationem revocanda sunt: quo modo etiam accipiendus est textus in d. c. ex par. 7. de testibus, in illis verbis: „ Nihilominus iudices testibus talibus receptis idem absenti post appellationem praescriptam adjudicaverunt Ecclesiam. „ Ubi nulla mentio fit revocationis attentatorum, quia ea per partes petita non fuit.

Huiusque tradita de attentatis nobilem pariuntur exceptionem decimam in c. indimittibus 43. §. iano, de elec. lib. 6. ubi constituit Bonifacius VIII. electionem Abbatis factam a duobus partibus monialium confirmandam esse etiam interposita appellatione ab alia parte, nec talem confirmationem posse remedio attentatorum revocari. Pro cuius textus expositione sciendum est, quod licet regulariter electio ecclesiastica pendente appellatione confirmari non possit, c. si sequamur 33. de electione lib. 6. tamen electio Abbatis celebrata a duabus partibus ipsius Monasterii, non obstante quocumque exceptione, vel appellatione interposita confirmari potest, tum ob auctoritatem partis duplo maioris; tum quia in simili electione adest majus periculum ob sexus fragilitatem, ut considerant pro ipsius textus expositione Augu. Barbosa de iure Ecclesiae lib. 1. c. 45. n. 27. Tamburinus de iure Abbatiarum disp. 28. quaest. 9. & disp. 19. quaest. 2. Samuel de electione canonica, tit. 1. disp. 2. contrav. 2. conel. 2. Moer in repetit. ad textum in d. c. 43. §. iano, de elec. in 6.

Sed supra traditis primo obstat textus in l. creditor 60. in princip. ff. mandati, ubi aperte docet Saevola, appellatione pendente, & interposita a mandatore, licere creditori novum iudicium intentare. Igitur quia innovata pendente appellatione substituitur. Pro cuius textus solutio dicendum est, in eo textu non dari innovationem inter eadem partes, a quibus appellatum fuit: sed tantum creditorem, qui mandatorem convenerat, a quo provocatum fuerat, novo iudicio convenire velle reum principalem; quod facere utique potest, imo & dividere valet actionem inter mandatorem, & reum principalem, ut docet Cuiacius lib. 1. resp. Saevola, in eodem textu, Pabet in eius rationali.

Secundo supra traditis obstat textus in c. quoniam 26. q. 6. ubi docetur, etiam post interpositam appellationem a possessore rei fructus sequantur posse. Igitur quia pendente appellatione innovare licet, & innovata subsistent. Cui difficultati satisfaciendum est afferendo, quod licet pendente appellatione nihil innovari possit, tamen si fructus rei litigiosa dilapidantur, sequantur valent, l. Imperatores §. ult. ff. de appell. Unde cum in d. c. quoniam, daretur periculum dilapidationis, ideo fructus sequantur fuerunt, nec hoc pro innovatione habetur. Tertio superiori assertioni obstat textus in c. cum olim 14. vers. Quibus de pivil. ubi aperte docetur, attentata post interpositam appellationem non revocari, imo ut legitime petita subsistent. Pro cuius difficultatis solutio sciendum est, revocationem attentatorum non habere locum, si contentum partium aliquid attentatum sit, cum pars, quae appellavit, si assensum accomodet, iure queri non possit, nec iudex appellationis offendi censatur, nisi respectu interessit partium, quod cessante, laesiois ratio non habetur, ut docet Clezel. de off. iud.

13 Expositio textus in c. creditor 60. ff. mandati

14 Adiectio c. quoniam 26. q. 6.

15 Expositio c. cum olim 14. de pivil.

pell. c. 6. n. 198. & 199. Unde cum in specie textus in cap. cum olim, ex contentum partium innovatio procederet, ideo attentatum non fuit revocatum.

Tandem praesenti assertioni opponi potest textus in cap. de mortem, contract. in illis verbis: „ Cuius appellationi Archiepiscopus deferens, eidem sub excommunicatione interdictum districtius interdicit, nec cui unbetur, deo caucatur, ipsa finem debitum fortiter. „ Ex quibus expresse constat, potuisse iudicem appellatione legitime interposita noviter appellanti indicere, ne unbetur. Igitur quia licet appellante pendente aliquid noviter statueret, vel attentare. Pro cuius difficultatis solutio dicendum est, quod licet iudex a quo non possit aliquid noviter statueret contra ipsam appellationem; tamen iuxta eam, vel sequendum id, quod ex ea sequitur, vel ut facilius prosequatur, plura iudicare potest, ut in specie textus in c. cum in Ecclesia 28. c. sepe non valet, h. 2. Unde cum in specie textus in d. c. 2. iudex interdixit coniugi appellanti, ne pendente appellatione ad alia vota transiret, quod erat conformum ipsi appellationi; ideo non fuit aliquid innovatum, nec ut attentatum potuit revocari.

16 Expositio c. de mortem, contract.

C A P U T I I I

Idem Archiepiscopo a Rbemensis.

Inter ceteras. Et infra: Super eo vero, quod Abbas sancti Apollinaris in claustrum a te appellationem interposuit generalem super omni causa, quae aliquo tempore adversus eum posset moveri, ipsum exinde redarguimus, nec huiusmodi appellationem duximus admittendam.

NOTAE

**R**hemensis. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 2. Sed perperam, cum monasterium S. Apollinaris, de quo in praesenti, sit in diocesi Ravennati. nec ullum coenobium huius nominis sit in Metropoli Rbemensis: quare legendum est, Ravennatensis, & refutanda huius textus litera ex c. 28. hoc tit. in 1. collect. ubi ita legitur: „ Inter cetera, quod nos consuli, quid facere debeat de his, qui appellant a te, neque appellationem prosequuntur, tunc, taliter respondemus, quod debes eos compellere infra congruum terminum appellationem interpositam prosequi, aut coram te iustitiae parere. Super eo vero, &c. „ ut hic habentur. De Ecclesia Ravennatensi jam nonnulla notavi in c. 3. de resti. „ B. Sancti Apollinaris. Monasterium hoc S. Apollinaris est in Civitate Clavensi, quae urbs parv. Archiepiscopo Ravennatensi, & tantum per duo miliaria distat a Ravenna: quod monasterium temporibus nostri Alex. III. erat Monachorum D. Benedicti: postea tamen assignatum fuit fratribus Camaldulensibus, ut eius originem & progressum referens tradit Yepes t. 1. chron. D. Benedicti, cent. 2. an. 195. l. 2. per tot.

COMMENTARIUM.

**E**x hoc Alexandri textu talis deducitur disputanda assertio: „ Generalis, & vaga appellatio respectu cuiuscumque causa, & cuiuslibet gravaminis interponi non potest. „ Probant eam textus in c. consilium 18. ibi: Teneo non debet, hoc tit. Illustrant ultra congestos in praesenti a Barbosa, Balboa, Cajac, & Fernof. Clezelius de appell. c. 3. n. 74. Sed pro dubitanti ratione ita in praesenti assertioem infero: Non potest assignari discrimen inter appellationem generalem a quocumque gravamine, & inter generalem a quacumque persona; quia sicut data incertitudine gravaminis pars adversa agnoscere non potest, utram cedere, vel contendere debet, contra regulam legis 1. ff. de edendo; ita data incertitudine circa personam, a qua appellatur, nemo potest cognoscere, an sibi expedit appellationem prosequi, an vero illam tanquam injustam desistere: sed valet appellatio generalis a quacumque persona, c. bona 51. ibi: Ne quis cum praesumeret molestare, hoc tit. Igitur & appellatio valet a quocumque gravamine admitti debet. Augetur hac difficultas ex eo, nam a pari procedant libellus, & appellatio, sicut cetera litigantium petitiones; siquidem in omnibus certitudo necessaria est, l. libellorum 3. ibi: „ In civitate illa, domo, mense, „ Confidibus illis, ff. de accusat. cap. ult. de libelli oblat. ubi probavi. Sed libellus incertus plerumque admittitur, c. 2. ordin. cognir. Glossa verbo Juranti, l. 1. §. si quis argentum, ff. de positi, iuncta lege illicitis, §. veritas, ff. de offic. Presid. l. ult. §. ult. ff. de eo quod metus caus. Igitur appellatio etiam incerta respectu cuiuslibet gravaminis interposita admitti debet. Augetur etiam hac difficultas ex eo, quia si appellatio generalis non admittitur, maxime ex ea ratione, quia gravamen adhuc nec est illatum, nec comminatum, & appellatio est remedio inventum ad parandum unum, five alterum, l. 1. ff. hoc tit. c. si sequamur 15. c. cum cessante 60. c. cum specialiter 61. §. porro, hoc tit. Sed admittitur appellatio, quavis nullum, nec illatum, neque comminatum proponatur gravamen, quia sufficit quod dari possit, c. consilium 18. ibi: Quod sibi posset inferri: hoc tit. Igitur appellatio generalis, & vaga admitti debet.

3 Conclusio probatur.

4 Impugnatio hic altera.

Appellatio sua.

est sensu sponforem appellare apud Ciceronem l. 1. ep. ad Atticum, „ Hunc, & bona nomina non appellando mala ferri, „ Sextus Alphus fecerat crebris sermonibus usurpare solebat. „ Sicque apud IG. in leg. qui prior 29. ff. de iud. l. si de iustor 16. §. fin. ff. de fideiuss. Sapius tamen in utroque iure appellare est ab inferiore iudice ad superiorem provocare; ita enim accipitur in iure civili in tit. de iuris, l. 49. ff. & in Codice Iustini, in tit. 62. sive ad 71. in Novellis 23. 49. 75. 115. & 126. in iure Canonico in praesenti titulo de appell. in l. 6. & Clementinis, apud Paulum, 5. sent. & in aliusiurifque juris locis vix diversis titulis sparis. Et quod plerumque dicitur appellare, sed alibi dicitur provocare, l. Praes. ff. de re iud. l. 3. §. fin. l. illud, ff. de appell. l. 1. c. ad accusat. & auxilium appellationis, itemque remedio provocacionis pro eodem accipiuntur in l. servus 15. de appellat. l. si quis 7. l. si auctor 10. c. ad tit. l. 1. §. si quis 3. ff. in quibus non licet appell. l. 1. in fin. ff. ad Turp. l. iule 40. §. 1. ff. de panti. l. si quis 244. ff. de V. S. & ex usu loquendi iudex appellari, vel provocari dicitur, non ad iudicem, l. 1. §. penult. leg. Imperatorum, §. 1. ff. hoc tit. l. 1. ff. qui, & a quo. Rarius dicitur ad iudicem appellare, in l. si quis 10. §. 1. ff. l. Praes. 5. C. hoc tit.

Secundo sciendum est, quod quia frequenter propter imperitiam, aut iniquitatem iudicis absolvi, aut condemnari quem contingebat, l. 1. ff. hoc tit. remedio quoddam introductum est, quo auxilium superioris invocatur contra imperitiam, aut iniquitatem iudicis ( appellatio dictum) quod ad innocentia praedictum institutum est, c. cum specialiter 61. §. porro, hoc tit. & ad oppressorem remedium, c. cum specialiter 3. c. ad Romanum 8. c. ideo 10. c. 6. l. 1. sententia 5. ff. de appell. l. 1. tit. 23. de aliquid 3. c. 3. & ad iniuriam emendationem, d. l. 1. ut diligenter negotiorum meritis iterum perpenis, & in diversis tribunalibus; & a diversis iudicibus iterum examinatis, imperitia, vel iniquitas corrigatur. Cuius appellationis usus non tam utilis, quam necessarius est, ut testatur Consulus in d. l. 1. grande enim, & generale bonum assert mundo, & tam necessarius est, quam sol ipse mortalibus, ut inquit D. Bernardus l. 3. de consider. ad Eugenium, circa medium; & recte cum sol fit iustitia prodens, atque redarguens opera tenebrarum, uti ex eodem refert Gregor. Lopez proemio dicti tituli 23. de la alcaidiz: quod in loco Rex noster Alfonso appellacionem tutissimam, ac tranquillum navigantibus portum, victis militibus multissimam arcem nuncupat; & eadem arcis voce appellacionem insignitam reperis apud Livium l. 23. dam inquit: „ Duas „ arces libertatis tenenda, Tribunitium auxilium, & provocacionem. „ Refert P. Gregorius l. 32. synagm. c. 10. n. 2. Appellatio hac tripliciter considerari potest: primo ratione cuiuscumque gravaminis, nulla facta restrictione ad certam causam, ut in praesenti textu, & in c. consilium 18. secundo facta tali restrictione, ut in secunda parte textus in d. c. consilium 18. tertio ratione iudicis ad quem, veluti si quis generaliter dicat, Appello, ut in l. 2. hoc tit. Primo casu appellatio omnino est invalida; in ultimo vero subsistet. Differentia ratio provenit ex eo, quia prima appellatio omnimodam involvit incertitudinem; neque enim vel inale, vel in relatione ad aliud ullum reperies veltigium, ex quo valeas deprehendere gravamen, vel in re, vel in spe, a quo appellatio interponitur. Quod longe contrarium procedit in tertio casu, quia in dubio sic appellans, ad proximum, & immediatum appellasse creditur ex d. l. 2.

Sequitur appellacionis definitio: & omisit variis appellacionis definitioibus, quas adducunt Interpretes supra laudati, & infra referendi, ita commodius definiti iudice appellationem existimo. „ Appellatio est ab inferiore iudice ad superiorem facta provocatio, ut is de ea remplius cognoscatur, & prius pronunciatum corrigat, vel in melius reformet. „ Quae definitio deducitur ex l. 1. tit. 23. par. 3. eamque explicat Donnellus lib. 24. comment. cap. 4. Constat hac definitio genere, & differentia. Loco generis ponitur verbum illud, provocatio, quod omnem invocationem auxilii, & superioris supplicationem continet, ut docet Maranta in practi. 6. p. n. 6. Reliqua verba apponuntur loco differentiae, ut ex infra dicendis apparebit. Unde audiendi non sunt Petrus Gregorius 3. par. synagm. lib. 50. cap. 2. Paz in practi. in proemio 6. par. to. 1. m. 4. & alii, qui docent appellationem esse provocacionem

6 Appellacionis introducentis ratio.

7 Appellacionis definitio.

ratione gravaminis illati, vel inferendi; quia appellationes interpositae ob nullam gravamen, nec illatum, nec inferendum, appellationes dicuntur in l. 1. Et toto tenore C. quorum appellationes. Nec etiam audiendus est Hostiensis in summa hujusmodi, quem plures sequuntur, dum docet, appellationem esse suspensionem iudicari per inferiorem iudicem; quia appellatio non semper suspendit iudicium, ut in pluribus capitulis infra referendis contingit; & nihil minus appellatio datur. Tandem improbandus venit Bartolus in l. 1. n. 3. de appell. dum docet appellationem esse ius, quo interim prima sententia extinguitur, & causae cognitio ad iudicem superiorem devolvitur. Quae definitio duplici ratione refellitur. Prima, quia per appellationem inferioris sententia non extinguitur, sed solum per eam detrahatur iudici a quo jurisdictionis exercitium, ut per appellationem inferioris sententia non extinguitur, nec aliquid innovetur, l. unica, ff. nihil innovari appellacione pendente. c. non solum 7. de appell. l. 6. Secunda, quia si appellans non prosequatur appellationem, retro nunquam appellatum fuisse fingitur, sed prima sententia transit in rem iudicatam, l. fin. §. illud, C. de tempor. appell. l. fin. ff. de his qui nec. infam. c. personas, 4. hoc tit. Igitur prima sententia per appellationem non extinguitur, & per consequens minus congrue debetur appellatio a Bartolo.

Appellatio dicitur

Appellatio in varias species dividi solet ab Interpretibus, ut constat ex traditis a Bartolo, & Petro Gregorio proxime laudatis. Verius tamen est, in duas tantum species appellationem dividi, videlicet in iudicalem, & extrajudicalem, ut docent Abbas in praesenti rubr. n. 3. Petrus Gregorius ubi supra, n. 5. Ferrarius l. 1. de appellat. c. 3. Rebuff. in tract. de appell. n. 13. facient Paz in praxi, in proximo, n. 89. & alii relictati ab Azevedo in rubric. tit. 18. l. 2. recopit. Iudicialis dicitur, quae in iudicio interponitur postquam scriptum est parte citata: nam aut interponitur a sententia definitiva, aut ab interlocutoria, ut dicitur infra in c. ut debuit. Etiam iudiciali appellationem Doctores subdividunt in antejudicalem, intrajudicalem, & postjudicalem. Antejudicalem appellant, quae ante litem contestationem interponitur, de qua in c. significatione 34. c. Rodulphus 35. de descriptis. Intrajudicalem dicunt, quae post litem contestatam ante finitum iudicium interponitur de qua in c. 1. de dilacione. Quae ab interlocutionibus fit, c. ut debuit 59. hoc tit. Postjudicalem vocant, quae ab executione interponitur, de qua in l. ad executionem 4. ff. hoc tit. l. ab executione, c. quorum appell. c. quoad consultationem, & de re iudic. Extrajudicialis appellatio ea est, quae ab actibus extrajudicialibus interponitur, quando quis gravatur, vel timet gravari, ut in spoliacionibus, electionibus, presentacionibus, promissionibus, & similibus, c. conversationi 8. hoc tit. in 6. Isteque hujusmodi appellatio provocatio ad causam dicitur, c. cum sit 5. hoc tit. quia pertinet ad causam inchoandam. Haec extrajudicialis appellatio duplex est. Prima, quae interponitur a iudice extrajudicialiter procedente, vel in danda alicui possessione, spoliacione, aut alio actu extrajudiciali. Secunda, quae interponitur a privato gravamen aliquod inferente, veluti in electione, presentacione, aut simili actu, de qua agit in c. bona memoria, hoc tit. c. consideravimus 19. c. bona 36. c. auditus 29. c. congregatio 53. de elec. ubi de ea agit.

Teodoricus dicitur

Glossa unica in praesenti, & in d. c. consuluit, & Abbas n. 7. existimant, propterea in praesenti generalem, & vagam appellationem non admitti, quia talis appellatio non habet expressam causam rationabilem, quae omnino desideratur, c. ut debuit 59. hoc tit. Sed hac interpretatio facile convincitur, si observetur, Alexandrum III. huius textus auctorem floruisse ante Innocentium III. cuius nova constitutio refertur in d. c. ut debuit: deinde quia non desideratur expressio causae, nisi tantum in appellatione a feneratoria interlocutoria, quae nullo modo sustineri potest. Alii putant generalem appellationem in praesenti probari ex eo, quia appellatio solum dicit ad reparandum gravamen illatum, vel saltem comminatum, l. 1. ff. hoc tit. c. cum specialis, §. porro, d. c. cum cessante; quorum neutrum reperitur in proposito, cum generalis, & vaga appellatio nullum illatum, vel comminatum gravamen respiciat: unde deficienter substantia nequit actus consistere, argumento textus in l. Julianus, §. ff. ad exhib. l. cum precario, ff. de precario, c. ult. de constit. appol. Sed etiam hac ratio refellitur ex d. c. consuluit, hoc tit. in 2. p. ubi admittitur appellatio super omni gravamine, quod in una causa possit inferre: quae sane verba in recto sensu verificantur, quia quicquid sit illatum, neque comminatum; quin imo satis erit, quod ex conjecturis timeatur; c. de dilat. d. c. bona. His ergo, & aliis rationibus omissis, vera provenit ex supra traditis: dicitur enim generalem, & vagam appellationem ratione cuiuscumque gravaminis, non habita relatione ad certam causam, esse inutilem ex eo, quia omnimoda datur incertitudo, quae neque in se, neque per relationem ad aliquid certum possit verificari; sed in praesenti specie generalis fuit, & vaga appellatio ratione cuiuscumque gravaminis nulla habita restrictione ad certam causam, ut patet ex littera ipsius textus. Igitur propter incertitudinem vitatur talis appellatio, ut etiam vitantur alii actus, l. si ita fuerit 11. l. si quis de pueris 37. ff. de rebus dubiis, l. id quod 24. C. de Episc. & cleric. §. interdictis, infra, de legat. c. ad hoc 10. c. his qui 12. de scriptis.

se ante Innocentium III. cuius nova constitutio refertur in d. c. ut debuit: deinde quia non desideratur expressio causae, nisi tantum in appellatione a feneratoria interlocutoria, quae nullo modo sustineri potest. Alii putant generalem appellationem in praesenti probari ex eo, quia appellatio solum dicit ad reparandum gravamen illatum, vel saltem comminatum, l. 1. ff. hoc tit. c. cum specialis, §. porro, d. c. cum cessante; quorum neutrum reperitur in proposito, cum generalis, & vaga appellatio nullum illatum, vel comminatum gravamen respiciat: unde deficienter substantia nequit actus consistere, argumento textus in l. Julianus, §. ff. ad exhib. l. cum precario, ff. de precario, c. ult. de constit. appol. Sed etiam hac ratio refellitur ex d. c. consuluit, hoc tit. in 2. p. ubi admittitur appellatio super omni gravamine, quod in una causa possit inferre: quae sane verba in recto sensu verificantur, quia quicquid sit illatum, neque comminatum; quin imo satis erit, quod ex conjecturis timeatur; c. de dilat. d. c. bona. His ergo, & aliis rationibus omissis, vera provenit ex supra traditis: dicitur enim generalem, & vagam appellationem ratione cuiuscumque gravaminis, non habita relatione ad certam causam, esse inutilem ex eo, quia omnimoda datur incertitudo, quae neque in se, neque per relationem ad aliquid certum possit verificari; sed in praesenti specie generalis fuit, & vaga appellatio ratione cuiuscumque gravaminis nulla habita restrictione ad certam causam, ut patet ex littera ipsius textus. Igitur propter incertitudinem vitatur talis appellatio, ut etiam vitantur alii actus, l. si ita fuerit 11. l. si quis de pueris 37. ff. de rebus dubiis, l. id quod 24. C. de Episc. & cleric. §. interdictis, infra, de legat. c. ad hoc 10. c. his qui 12. de scriptis.

Nec obstat dubitandi ratio supra expansa; nam verum est, generalem appellationem respectu iudicis ad quem, veluti si quis dicit appello, valere, d. l. 2. hoc tit. l. qui Romae 122. §. dubitandi ratio. Ita, ubi: Velius provocatio ad competentem iudicem, ff. de V. O. l. cum proponas, C. de bonis auctoritat. iudic. docent Paz in praxi, c. 1. p. 6. in proximo, n. 37. omnes repetentes in praesenti. Ratio est, quia appellans in dubio praesumitur ad proximum superiorem appellare, cum unquamque in ambiguo creditur se velle cum iuris regulis conformare, l. quisquis 3. l. in testamento 6. C. de test. milit. Regula autem juris est, ut appelleretur ad proximum superiorem, c. dilecti 66. hoc tit. l. Imperatoris 21. ff. de appell. & ita appellatio haec generalis ratione iudicis ad quem, sufficit, quia facile poterat verificari in proximo iudice superiore. Docent Covar. pract. c. 4. n. 9. Maranta de ordin. iud. tit. de appell. n. 358. Et licet quia de iure Canonico appellatio omnino medio admittitur, ut dicitur in c. dilecti 69. ideo Abbas in praesenti, n. 8. Crotus n. 4. Maranta ubi supra, n. 131. existimant, praedictam appellationem generalem non admitti, quia poterat sentire appellans de proximo superiore, aut de Romano Pontifice, & quem omnino medio appellari poterat: tamen contrarium, & merito docuerunt Imola, Alexander, & Aret. quos refert, & sequitur Decius hic, n. 4. Nam in dubio etiam creditur ita generaliter provocantem de proximo superiore sentisse, nec hac speciali jurisdictione delectum esse, c. 2. de ordin. 1079. Nam verum est, libellum vagum, & generalem non admitti, d. c. fin. de libell. oblat. ubi expressus textus in d. c. 1. Nec tandem adverteatur difficultas augmentum deducitur ex d. c. consuluit, in 2. p. nam licet appellatio ibi fuisse generalis respectu cuiuscumque gravaminis, tamen interposita fuit habita relatione ad certam causam: unde est non ex se, ex praedicta tamen relatione verificari, & certificari poterat. Unde recte admittitur talis appellatio.

TO Distolitur ratio.

C A P U T III

Idem Abbati sancti a Petri.

AD nostram noveris audientiam pervenisse, quod si quando subditos tuos vis pro excessibus suis, secundum regulam sancti Benedicti, & institutionem tui ordinis corrigere, & castigare: ipsi, ut malitiam liberis suam valeant exercere, ad remedium appellationis confugiunt. Quia vero remedium appellationis non ideo fuit inventum, ut alicui religiosi, & ordinis observantia exorbitanti debeat in sua nequitia exhiberi patrocinium: d. t. per A. l. in quat. si quando quilibet subditorum, ne ipsum pro suis excessibus corrigas, & castiges, ad remedium appellationis convolvatur, non ideo minus cum, juxta tenorem institutione corrigas, & castiges.

NOTAE.

1. Sancti Petri. Ita etiam habetur post Conc. Lateran. sub Alex. III. par. 10. c. 4. & in prima collectione, sub hoc tit. c. 3. ubi in epigrapha additur, Super dubia, quae verba ad inscriptionem, non vero ad principium textus spectare, jam notavit Ant. August. in verbis ad hunc textum, & recte; nam monasterium hoc Sancti Petri, quod est Ordinis Divi Benedicti, in Diocesi Sanctae Provinciae Rhotomagensis, ita appellatur Sancti Petri Super dubia. Quod nomen etiam suo tempore retinere refert Guise. in praesenti.

2. Commentarium re-miscitur.

Ex hoc textu committere dicitur a correctione monasterii, seu regulari appellari non posse: quod etiam probant textus in c. reprobrabilibus 26. c. cum speciali 61. in fine, hoc tit. c. licet, c. irreprehensibilis, de offic. ordin. c. de priore, hoc tit. in 6. c. super questionibus, de offic. deleg. c. qualiter, de accusat. c. relationum 7. ne clerici, vel monachi. Innoc. III. apud Sirletum fol. 156. Examinauit ultra consensu a Barbofa in praesenti, Matthaus, Balboa, Ioannes Crotus, Vvamefius, Fermofofius, & Cujacius in praesenti. Ughel. in method. juris canon. fol. 209. Gibalin. de claus. disp. 72. c. 2. §. n. 10. Barb. de iure Eccles. l. 2. c. 33. n. 77. §. l. 1. r. 204. n. 59. Suarez t. 4. de relig. l. 2. c. 11. n. 6. Salgado de protel. l. par. c. 2. §. 5. n. 10. Fermofofius in c. necis 13. qu. 50. de iudic. & nos late disputavimus in c. irreprehensibilis, de offic. ordin. ex quo commentario praefatus praesentandus est.

C A P U T IV.

Idem a Norwicensi Episcopo.

Personas Ecclesiarum in tua diocesi consentientium, ita tuis, & dominorum fundi authenticis scriptis praemissis, & ad eam, ut cum aliquam personam Ecclesiarum illarum decedere forte contigerit, decedentis filius, vel Vicarius, seu alius quilibet personatum Ecclesiae vacantis viro idoneo conferendi tibi viam pracludere aliqua calliditate non possit. Quod si aliquis talium frustratorie dilacionis causa ad nostram audientiam appellaverit, & appellationis suae proximum terminum praesixerit, tu ei diem, infra quem Apolliticam sedem possit convenienter adire, assignes, & si ad illum venire contempserit, tu illum ex tunc iudicio tuo super his, quae in questione vertuntur, sine contradictione aliqua stare, omni excusatione, & ap. cess. dillicite compellas: Si autem quatuor appellationis suae congruentem terminum praesigerit, nec tamen causam ad dicam appellationis fuerit prosequutus, ipsum nihilominus ex tunc sententiae tuae, sicut de alio duximus, ap. remota parere constringas. Verum si coram te, vel alio quolibet hujusmodi negotia ventilerit, nolumus ut aliqui morbo consilium laborantes: si certum sit, aut legitime possint convinci super his, si ab alterutra parte adducti fuerint, in testimonium rejiciantur.

NOTAE.

1. Norwicensi. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 4. & post Concil. Lateranense par. 10.

cap. 5. & in c. per tuos 20. de testibus, ubi est alia pars huius Decretalis, ut ibi jam notavi, & integram huius textus reculi.

C A P U T V.

Idem a Henrico Rbemensi Archiepiscopo.

Cum sit Romana Ecclesia caput & b magistra omnium Ecclesiarum, disponente domino constituta, & ad eam, de consultationibus, & quaestiones de diversis & mundi partibus merito referantur, quod cum super variis juris questionibus consulas, gratulamur, & prudentiam tuam non immerito commendamus. Inde est, quod f. r. per A. f. litteris praesentibus dignum duximus respondendum, ut si frustratorie dilacionis causa, vel etiam necessario, ante sententiam, vel postea fuit appellatum, hujusmodi appellantis annus indulgetur; aut si necessaria, & evidens necessitas apparuerit, indulgetur biennium, nisi forte iudex, a quo appellatum fuerit, secundum locorum, & provinciarum distantiam, & qualitate temporis, praesens tempus fuerit moderatus. Ita quod si is, qui appellaverit, causam appellantis non fuerit prosequutus, tenebit sententia: si post sententiam appellaverit, & a causa sua recedisse videatur, nec amplius super eodem negotio audietur appellans: si vero a d. gravamine, & ante litem ingressus fuerit appellatum, hujusmodi audietur appellans, quoniam sacri Canonis passim appellare permittunt. Si vero ante sententiam appellaverit, cogitur illius stare iudicio, ad quem noscitur appellasse. Si autem in agro, vel alias ante ingressum cause fuerit appellatum, non solum hujusmodi dicitur appellaciones; sed ad causam e. Provocaciones. Praeterea sit raptor sit, vel alius violentus detentor alienae rei, qui appellat, hujusmodi appellatio facta in f. iudicio apud ecclesiasticas personas audiri solet, nisi forte manifestus g. raptor, vel fornicator existat, sicut ille, quem b. absentem, & irrequiritum Apollitus excommunicavit.

NOTAE.

1. Henrico. Ita legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 5. & post Conc. Lateranense par. 1. c. 6. Henricus hic fuit filius Roberti Junioris Drocerum, & Brene Comitum, qui Rbemensis Praefatus decessit anno 1227, ut referunt Chenu in serie Praefulum ipsius Ecclesiae, n. 56. Manrique annal. Clid. an. 1156. c. 4. De ipsa Ecclesia Rbemensi jam nonnulla adduximus in c. 14. de decimis.

2. Magistra. Ut probavi in c. 1. de summa Trinit. c. fin. de foro compe. c. mundi partibus. Unde ex universis Ecclesiae provincialis ad Romanum Pontificem posse, & debere appellari, docet probavit Frazer Angelus Perica de appellat. omni. Eccles. d. Gravaminis futurus. c. licet, ut infra probabimus.

3. Provocaciones. Extrajudicialis appellatio, quae passim interponitur, ut in c. super 27. §. nos autem, de offic. deleg. c. quoad 15. de re iudic. c. 29. 43. 45. 46. §. 5. hoc tit. c. conversationi, eodem tit. in 6. c. 3. eodem tit. in Clem. l. 4. 7. 11. §. 18. C. hoc tit. non tam appellatio videtur esse, quam querela, & ad causam inchoandam veluti provocatio, ut loquitur Pontifex hic, & Imperator in l. si nominatus 12. C. Theodis. hoc tit. docet Decius, & Panormit. in c. dilecti, n. 47.

4. Iudicio. Certum est, iudicem ad quem pronunciantem lapsu temporis desertam appellationem fuisse, executionem sententiae iudici a quo remittere debere; l. nisi, §. illud, C. hoc tit. c. cum Ecclesia 38. hoc tit. Clem. pponit. ant. docent Gaillus l. 2. c. 1. §. 17. Milysger. can. 4. c. 94. Quada. l. 33. comm. Donelli, c. 8. l. 1. G. id tamen accipiendum est postquam coram iudice superiore causa introducta est; nam si appellans nunquam eam adit, & negligens fuit in appellatione introducenda coram eo, tunc expeditum est, non tam executionis, sed & decisionis pronunciantem ad iudicem a quo pertinere, quoniam hanc distinctionem causae introductae, vel introductae, etiam ad executionem producat. Maranta d. tit. de appell. n. 200. Azevedo in l. n. 2. 40. tit. 8. l. 1. n. 1. recopit. Sed haec aperte procedunt in appellatione a sententia definitiva; nam appellatione deserta, appellante rata manet: si vero deserta sit appellatio ab interlocutoria, deserta tantum operatur, ut iudex a quo iterum in causa procedere possit, nec iudex ad quem ipse causa cognitionem retinere valet, c. ut debuit 59. hoc tit. l. generaliter, §. sed juramentum, ref. l. 1. n. 1. c. 1. de reb. creditis. Sed contrarium profus docetur expressis textibus, ubi: Illius stare iudicio, ad quae noscitur appellasse. Ex quibus aperte constat, causa cognitionem, deserta appellatio ab interlocutoria interposita, apud iudicem ad quem remanet. Quibus verbis varias adduxerunt interpretationes repetentes in praesenti, sed ut faceret Vvamefius hic, n. 17. profecto incongruis, & divinatoriis. Quare dum alios meliorem addicere exitimo emendandum esse textum, & ubi

legitur, ad quem, legendum esse, a quo, ut in alia compilatione legi testatur Ant. August. in praesenti. Haeque tamen tradita loca non habent in deserta appellationis extrajudicialis; nam etsi plerumque iudicialis, & extrajudicialis conveniant, c. conversationi 8. hoc tit. in 6. Clemens, sicut, eodem tit. quoad propositum tamen valde differunt, nam deserta iudicialis omnem audientiam abruptit: quod secus contingit in extrajudiciali, hac enim deserta, etsi appellans non auferat remedium appellationis, audietur tamen alia ratione, proposita videlicet actione: quae est praesentis textus sententia in verbis, Si vero: illaque ratione nixitur, quod gravamen extrajudiciale ex quocumque temporis lapsu nunquam transit in rem iudicatam, nec pro iudicato habetur, quod quis ipse sibi privata autoritate facit, l. c. ne quis in sua causa. Mirum ergo non est, si appellans petendo iterum audiat, nam etsi deserta dicatur appellatio, non tamen perinde actio perempta dicitur potest, ideoque, quod prius per viam appellationis, nunc actione proposita exequi valet, d. c. conversationi.

5. Manifestus raptor. Juxta ea, quae dabimus in c. pervenit 13. hoc tit. h. Absentem, & irrequiritum. Haec verba expolui in c. 1. de cons. possess.

COMMENTARIUM.

EX his duabus decisionibus sequens committere deditur 4. disputanda assertio: Appellans habet annum ad prosequendum appellationem, & ex iusta causa biennium; nisi iudex alter duxerit statuendum; quo tempore elapso sententia transit in rem iudicatam. Probant eam textus in l. 2. l. ult. §. illud, C. de tempor. appell. c. constitutus, 45. c. oblata 57. hoc tit. Clemens, sicut, eodem tit. c. l. 1. p. 44. c. reprehensibilis, infra: c. 1. §. post hoc, eod. tit. in 6. l. quoniam 18. C. de appell. auctoritat. et qui, C. de tempor. appell. Constat lex 11. tit. 18. l. 4. recopit. Illustrant ultra consensu in praesenti a Balboa, Barbofa, Garanna, & Fermofofio, Matthaus, Joan. Crotus, Vvamefius in repet. ad hoc textum. Cujac. in praesenti, §. l. 12. c. 4. Donelli, lib. 28. comm. c. 7. ubi plures Olualdus, Angalanus l. 2. de legibus c. 10. Gironius in parat. ad tit. de preser. Leon. to. 1. de c. 88. Azeved. in l. 2. tit. 18. lib. 1. recopit. Didacus Perea in l. 2. tit. 16. lib. 3. ordin. Salgado 3. p. de protel. Reg. cap. 18. ad finem, Clez. de appell. c. 5. per tot.

5. Impugnatur hac assertio. Sed pro dubitandi ratione contra hanc assertionem ita impugnetur: Appellatio iudicialis cum extrajudiciali a pari procedunt, c. conversationi 8. hoc tit. Clemens, sicut eodem: sed deserta appellatio extrajudiciali audietur appellans, etiam lapsu legitimo tempore prosequenda appellatio, ut expresse docetur in praesenti, c. cum sit, ref. si vero. Igitur quia deserta appellatio per transcursum temporis amplius audietur appellans, nec causa transit in rem iudicatam. Deinde adverte

4. Conclusio probatur.

5. Impugnatur hac assertio.



pellationem admitti non debeat; et si iustum impedimentum allegari; hinc tamen sententia obijci solet textus in capite ex...

13. Insuper ratio dec. deadi.

Quibus praedictis apparet iam vera ratio praesentis assertio-

Superiori assertio obstat textus in c. ex parte 12. de refer...

14. Dilatorie ratio deubi.

enque tradita non procedunt, nec locum habent in appella...

Superiori assertio obstat textus in c. ex parte 12. de refer...

15. Expositio c. ex pu. 12. de te...

Glossa in d. c. propositi: interius vero pro iudice praesumitur, c...

provocatum fuit, ipsi remittitur, c. ubi 7. de excep. dicemus...

C A P U T V I I.

Idem a in eadem.

SI duobus coram iudice litigantibus, alter ad sui iudicis audientiam super eodem negotio appellavit; & ille qui...

N O T A E.

Idem in eadem. Ita etiam habetur in 1. collectione, sub...

C O M M E N T A R I U M.

IN praesenti textu, & in c. sollicitudinem, infra hoc tit. agitur...

domus, c. 23. & 29. Sed licet ab his, & similibus iudicibus...

2. Pontif. et non appellatur.

C A P U T V I.

Idem a in eadem.

AD haec si in una causa aliquis appellaverit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius com...

N O T A E.

Idem. Ita etiam legitur in c. 5. hoc tit. in 1. collect. id est...

C O M M E N T A R I U M.

CERTUM principium utriusque juris est, per appellationem in una causa interpositam suspendi jurisdictionem iudicis...

appellatio est interposita, possit digne corrigere, & quod iuste actum est, ad reformationem trahitur...

In hoc Doctorum diffidio Barol. in d. l. un. existimavit iure civili inspecto talem reclamationem non admitti, ex d. l. ante...

Glof.